# ¶ Dominica. III. post octa. epipha.

¶ Primū mirabile in cōsiderādo amorē
Quia vt ait Ambro. naturaliter impssū
est homini amare se amantē. Et qꝛ deus
p̄ omnib⸗ alijs creaturis amat hoiez. dia
bolus aūt odit hominē ꝛ perdere vult et
mactare. Johā. x. Fur .i. diabolus furās
animas nō venit nisi vt mactet et ꝑdat.
Mirum ergo est ꝙ tu pctōꝛ nō amas de
um obediēdo sibi q̄ te sup̱ oia amat. sed
amas diabolū q̄ te occidit et ꝑdit. ¶ Se
cundū mirabile in ꝯsiderādo bonitatem
Nam oia bonū appetūt et malū refugi-
unt naturalit̄. j. ethicoꝝ. ꝛ. vj. topicorum.
Vnūquodqꝫ q̄ntū habet de bonitate tā
tum habet de eligibilitate. Sed de⁹ est
summū bonū vt dicit Ans. Diabol⁹ au
tem indicibiliter malus. Similiter pctm̄
est summū malū. Mirū ergo est ꝙ spre-
to summo bono deo adheres diabolo et
pctō. ¶ Tercium mirabile in ꝯsiderādo
xp̄i crucem. Nam hoc naturale est etiam
brutis aialib⸗ ꝙ diligūt liberari a mor-
tis faucibus ꝛ obediūt suis liberatorib⸗.
Exemplū. leo quem a sentib⸗ lesum bea
tus Hieronymus curauit tandē illi de-
seruiēdo obediuit. Itē Elephas vt soli-
nus dicit domesticatus sp̱ obedit liberā-
ti se. vt de hoc habet̄ in s̄mone ferie tercie
post pascha sub lr̄a H. latius. Itē oues
obediunt pastori liberāti a lupis. ꝛc̄. Se
quit̄ ergo ꝙ multo fortius debꝫ hō obe-
dire liberatori suo .i. xp̄o qui sua cruce et
morte redemit a diabolo. Sed heu heu
hoc mirū est ꝙ hō peccator nedū xp̄o obe
dit sed insup̱ diabolo se tradit a quo libe-
ratus ē ꝑ christum in passiōe. Et p̄terea
xp̄m saluatorē q̄ꝫtuz in se est crucifigit dia
bolo obediēdo. Hebre. vj. Rursum cru-
cifigentes xp̄m in se. ꝛc̄. ¶ I ¶ Quartū
mirabile in considerādo donarij exoluti-
onem. Nam q̄lia donaria ꝑsoluit de⁹ su
is seruis sibi obedientib⸗. vtiqꝫ celestē be
atitudinē ꝑpetuā vbi habent̄ oia bona.
Sed qualia donaria tribuit diabol⁹ sibi
obedientib⁹ nisi que habet. s. mortē eter-
nam ꝛ inferni supplicia. iuxta illō Rom̄.
vj. Stipendia peccati mors. Mirū ergo
est ꝙ homo pctōꝛ magis vult seruire obe
diēdo diabolo ꝓ supplicijs q̄ꝫ deo ꝓ etn̄a
beatitudine. ¶ Quintū mirabile in cōsi-
derando electōis ꝑuersitatē. Nam omnis
ordinate eligens debet seip̄m alijs reb⁹
mūdi et etiam salutē suam p̄ alioꝝ homi
num salute p̄eligere. iuxta illud August.
Ordinata caritas a seip̄o incipit. Sꝫ ec-
ce hoc mirū est ꝙ adeo inualuit humana
cecitas vt iquit Aug. ꝙ scꝫ cū homo oia
alia velit habere bona et nihil hr̄e malū
non malū seruū. non tunicā. nō pecuniaꝫ
malā. nō domū deniqꝫ nec caligā malaꝫ
ꝛ tamē vult seip̄m et suā aiam esse malā
O certe mirū velle ꝙ seip̄m possideat dia
bolus ꝑ peccatū. sua aūt viliora ꝓ se ha-
beat vel mūdus rapiat ¶ Sextū mirabi
le in considerādo finalē beatitudinē. quia
cū omnes hoies naturaliter btitudinem
appetāt. vt dicit Aug. xiij. de trini. tanq̄ꝫ
finem suū vltimū ad quē creati sunt. Mi
rum ergo est ꝙ tu pctōꝛ ad illam nō tēdis
sine qua ꝑpetuo male stabis ¶ Septimū
in considerādo gehēnam ignē. Mirū est
ꝙ tu pctōꝛ stare vis in ardorib⸗ sempit̄nis
ꝛ tibi accumulare vsqꝫ ad mortē peccan-
do ignē infernalē. Sicut legit̄ in vitaspa.
ostensum fore btō Arsenio quendā in vi
sione q̄si ethiopem vidisse q̄ colligabat fa
stem lignoꝝ vt in dorso portaret. ꝛ cuꝫ le-
uare non posset plura ligna sup̱addebat
Dictūqꝫ est arsenio ꝙ sic faciūt mūdi pec
catores qui cū tot peccata haberēt ꝙ ignē
eis debitū n̄ sufficerēt tolerare nihilomi-
nus quotidie plura sup̱addūt. Ve ergo
ꝛ ve pctōribus nisi penituerint an̄ mortē
Meli⁹ illis fuisset si n[…]i nō fuissent. vt
de Juda dicit ip̄e xp̄s. O ḡ charissime a-
ge penitentiā. Rogem⁹ ḡ xp̄m ꝛc̄.

¶ De eadem dn̄ica. Sermo. ij. s. de ten-
tationū ꝑiculis euidendis

Vrgēs Je
sus impauit ventis ꝛ mari.
ꝛ facta est subito tranquilli-
tas magna. Mat. viij. et in euāgelio ho-
dierno. ¶ R ¶ Sicut Gre. dicit. Ge-
sta in sacra scriptura significant sepissime
nobis aliqua facienda. Et Bern. Om̄ia
inquit que de saluatore legim⁹ sunt ani-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-769/0162
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG